UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros distributae

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Coloniae Agrippinae, 1674

LV. Ad Marcum presbyterum Celedensem Decreram

urn:nbn:de:hbz:466:1-37862

Visual Library

ẽntarios in ſcripturas ſanctas utiles edidit, ſpe-
tus reſpuendi ſunt. Quòd ſi contentioſum in-
ſe amatores ejus & obtrectatores funem du-
rint, ut nihil medium appetant, nec ſervent
odum, ſed totum aut probent, aut improbent:
IBENTIUS piam ruſticitatem, quàm doctam bla-
hemiam eligam. Sanctus frater Tatianus Dia-
onus impendio te ſalutat.

V. Hieronymus Marco presbytero Celedenſi. Ab hæreticis graviter oppugnatus & afflictus pur-gat ſuam innocentiam, ne in ſuſpicionem hæreſeos pertrahatur.

DEcreveram quidem utendum mihi Pſalmi- *Pſ. 38.*
ſtæ voce dicentis: Cùm conſiſteret adver-
um me peccator, obmutui, & humiliatus ſum, & *Pſ. 37.*
ui à bonis. Et iterum: Ego verò tanquam ſur-
us non audiebam, & tanquam mutus non ape-
ens os ſuum. Et factus ſum, ut homo non au-
iens, Sed quia charitas omnia ſuperat, & propo-
um vincit affectus, non tam injuriam facienti-
us reddo vicem, quàm tibi reſpondeo poſtulan-
APUD CHRISTIANOS enim non qui patitur,
t ait quidam, ſed qui facit contumeliam, miſer
ſt. Et primò quidem antequam de fide mea,
uam optimè noſti, tecum loquar, adverſus bar-
ariem iſtius loci verſu cogor clamare vulgato:

Quod genus hoc hominum, quævè hunc tam barbara morem,
Permittit patria? hoſpitio prohibemur arena.
Bella cient: primâque vetant conſiſtere terrâ,

 Quæ

Quæ idcircò de gentili Poëta ſumpſimus, u
Chriſti pacem non ſervat, pacem ſaltem diſc
ethnico. Hæreticus vocor, homouſiam pr
dicans Trinitatem. Sabellianæ impietatis arg
tres ſubſiſtentes, veras, integras, perfectaſque
ſonas indefeſsâ voce pronuntians. Si ab Ari
meritò: ſi ab orthodoxis, qui hujuſmodi arg
fidem, orthodoxi eſſe deſierunt: aut ſi eis pl
HAERETICUM me cum Occidente, hæreti
cum Ægypto, hoc eſt, cum Damaſo Petr
condemnent. Quid unum hominem except
cijs criminantur? Si rivus tenuiter fluit, no
alvei culpa, ſed fontis. Pudet dicere: de cave
cellularum damnamus orbem: in ſacco & ci
volutati, de Epiſcopis ſententiam ferimus. (
facit ſub tunica pœnitentis regius animus?
thenæ ſordes, & comæ non ſunt diadëmatis ſ
ſed fletus. Permittant me, quæſo, nihil loqui.
eum lacerant, qui non meretur invidiam? H
ticus ſum: quid ad te? quieſce, jam dictum
Planè times, ne eloquentiſſimus homo in S
ſermone vel Græco, Eccleſias circumeam, po
los ſeducam, ſchiſma conficiam. Nihil alicui
ripui, nihil otioſus accipio. MANU quotidi
proprio ſudore quærimus cibum, ſcientes ab
2. Theſ. 3. poſtolo ſcriptum eſſe: Qui autem non opera
nec manducet. Hæc, venerabilis & ſancte Pa
cum quali gemitu, cum quali dolore conſcrip
rim, teſtis eſt Jeſus. Tacui: nunquid ſemper t
cebo? dicit Dominus. Non mihi conceditur u
angulus eremi. Quotidie expoſcor fidem, qu
ſine fide renatus ſim. Confiteor, ut volunt:
placet. Subſcribo, non credunt. Unum tant

plac

lacet, ut hinc recedam. Jamjam cedo, abrupe-
unt partem à me animæ meæ, chariſſimos fra-
tres: ecce diſcedere cupiunt, imò penitùs diſce- *Hierony-*
dunt, melius eſſe dicentes, inter feras habitare, *mo tuta*
quàm cum talibus Chriſtianis. Et ego ipſe, niſi *ſedes de-*
me & corporis imbecillitas, & hyemis retineret *eſt.*
aſperitas, jam modò fugerem. Veruntamen dum
vernum tempus adveniat, obſecro, ut paucis mi-
hi menſibus eremi concedatur hoſpitium: aut ſi
hoc tardum videtur, abſcedo. Domini eſt terra & *Pſ.23.*
plenitudo ejus. Aſcendant ſoli cœlum: propter
illos tantùm Chriſtus mortuus ſit, habeant, poſſi-
deant, glorientur. Mihi autem abſit gloriari, niſi *Galat. 6.*
in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti: per quem
mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. De fide
autem, quam dignatus es ſcribere S. Cyrillo, dedi
conſcriptam fidem. Qui ſic non credit, alienus à
Chriſto eſt. Cæterùm ego fidei meæ teſtes habeo
aures tuas, & beati fratris Zenobij, quem tecum
omnes, qui hic ſumus, plurimùm ſalutamus.

LVI. Hieronymus Alipio & Auguſtino Epiſcopo.
Cum his tractat de opprimendis, & ex parte op-
preſſis hæreſibus ſui temporis, præcipuè au-
tem de Anniani ſcriptis confutandis.

SAnctus Innocentius presbyter, qui hujus ſermonis eſt portitor, anno præterito, quaſi nequaquam in Africam reverſurus, mea ad dignationem veſtram ſcripta non ſumpſit. Tamen Deo gratias agimus, quòd ita evenit, ut noſtrum ſilentium veſtris epiſtolis vinceretis. Mihi enim omnis occaſio gratiſſima eſt, per quã ſcribo veſtræ reve-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN